



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XX. De occupatoribus & inuasoribus rerum ecclesiasticarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

inopiae ipsis detur monialibus occasio malignandi, abbatissa, iuxta facultatem & quantitatem reddituum monasterii, eis in vietu honeste prouideat & amictu, prout regula patitur earumdem. Super quo si dubietas emergerit, per ordinarium loci declaretur; & ipse ordinarius abbatissas contra facientes per administrationis priuationem coercent, vel alias, quo melius eas posse videbitur coerceri.

XX.

Dignum arbitrantes & consentaneum æquitati, ut quos iugo legis forsitan premimus ab oppressorum illicitis ausibus defendamus, & consultissima constitutione in posterum valitura sanciamus, quod nulla sæcularis vel ecclesiastica persona, quantumque nobilitate aut præminentia status præfulgeat, Christianissimo domino Romanorum rege semper Augusto, eiusdemque diuina conforme, eorumque filiis dumtaxat exceptis, ecclesias & ecclesiastica bona, iura & iurisdictiones, & vassalos eorum, violenter & auctoritate propria publice usurpare, aut occupando inuadere, vel scienter usurpare, aut occupatoribus, inuasoribus, & scienter usurpantibus ecclesias & bona prædicta præstare præsumant, quomodolibet per se, vel per alium aut alios, consilium, auxilium, vel fauorem: vel quod si aliquis contra huiusmodi nostræ constitutionis tenorem facere vel venire præsumperit, & requisitus infra mensem ecclesiæ læsæ, aut prælato ipsius damnum non emendauerit, ipso facto anathematis vinculo sit innodatus; & terræ ipsius ecclesiastico subiaceant interdicto: ac clerus

ANNO CHRISTI 1287. rus terræ offensoris huiusmodi sola denuntiatione prælati , seu cleri ecclesiæ læsæ seruet inuiolabili- ter interdictum : quod si celebrare præsumperint, quamdiu offensor huiusmodi non emendauerit quod deliquit , ipso facto a diuinis officiis se no- uerint esse suspensos. Simili modo illos qui posses- siones ecclesiasticas titulo pignoris detinent obli- gatas, a quibus iam receperint vltra sortem , si non restituant prælatis ecclesiarum quarum sunt infra dictum tempus, volumus hac poena multari.

XXI.

Laicos, quantacumque status dignitate fulgen- tes , ecclesiastica recipere beneficia , aut occupata tenere , quæ debentur militantibus in diuinis , de cetero prohibentes eos , nisi infra mensem a tem- pore occupationis inantea occupata beneficia ip- sa dimiserint , ipso facto excommunicationis vin- culo volumus esse innodatos.

XXII.

Nonnulli , qui ecclesiarum se afferunt aduoca- tos, sicut tenentur, non solum ecclesias ipsas ab op- pressoribus non defendunt , sed ecclesiarum ipsa- rum bona violenter diripiunt , ac personas ipsorum multipliciter inquietant. Et si aduocatus qua- tuor pluresve habeat filios , quod est tamen intollerabile, omnes se reputant in direptionem bonorum ecclesiæ aduocatos : sic quod per hoc ecclæ- siæ vnde sperant auxilium frequenter sentiunt de- trimentum ; quibus volentes salubre remedium adhibere, hac edictali constitutione sancimus, cun- ctos ecclesiarum aduocatos infra nostræ legatio-

*Concil. Tom. 28.*

O o o o